

PRÆFATIO HIERONYMI IN EZRAM<sup>1</sup>.

Utrum difficilis sit, facere quod poscitis, an negare, necdum statui. Nam neque vobis aliquid imperantibus abmovere, sententie est : et magnitudo oneris impositi ita cervices premit, ut ante sub fasce ruendum sit, quam levandum. Accedunt ad hoc invidorum studia, qui omne quod scribimus, reprehendendum putant : et interdum contra se conscientia repugnante, publice lacerant que occulite legunt, in tantum ut clamare compellari, et dicere : *Domine, libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa* (*Psal. cxix. 2*). Tertius annus est quod semper scribitis atque rescribitis, ut Ezra liberum<sup>2</sup> vobis de Hebreo transferam : quasi non habeatis Graeca et Latina volumina, aut quidquid illud est quod a nobis vertitur, non statim ab omnibus [*Al. hominibus*] conspundem sit. Frustra autem, ut ait quidam<sup>3</sup>, nisi, neque aliud fatigando nisi odium querere, extrema dementiae

est. Itaque obsecro vos, mi Domnion et Rogatiane charissimi, ut privata lectione contenti, librum non efferas in publicum, nec fastidiosis ingeratis cibos, vitelisque eorum superclivium, qui judicare tantum de aliis, et ipsi facere nihil moverunt. Si qui autem fratrum suarum, quibus nostra non displicunt, his tributum exemplar, admonentes ut Hebreorum nomina, quorum grandis in hoc volumine copia est, distincte et per intervalla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio librariorum diligentia conservetur. Nec quemquam moveat quod unus a nobis editus liber est : nec apocryphorum tertii et quarti<sup>4</sup> somnis delectetur : qui et apud Hebreos Ezra Neemiaque sermones in unum volumen coactantur : et que non habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus sunt<sup>5</sup>, procul abiendi. Si quis autem Septuaginta vobis opposuerit interpretes, quo-

1. Exegimus cum hanc prefationem, tum vero ipsum Ezre librum ad Vaicanum ms. olim regine Successorum num. 7, pranotatum, remotissimo illo tempore comprimita.

2. Addunt libri cum aliquot recentioribus mss. et Esther : quasi non solam pro Ezra volumino Latino reddendo, sed etiam pro libro Esther scribent atque rescribent Domnion et Rogatianus. Quod tamen falsum esso reprehenditur, tum ex tempore quo liber Estheris, longe post Ezram, in Latitam sermonem ab Hieronymo translatus est, tum ex persona ad quas infra prefatio in librum Esther perhabetur scripta : Paulus namque junior ac Eustochio virginis dedicatum esse constat, non Domnioni et Rogatiano. MART.

— Domnion et Rogatianus, quibus inscribuntur. Paulus ante, verba *atque rescribunt* regine mss. permittit, qui et Esdram pro Ezra constantem legit.

3. Crispus Sallustius hic est, qui eam promit sententiam in Jugurtha cap. 3 : « Frusta autem nisi, neque aliud fatigando, nisi odium querere, extrema dementiae est ».

4. Addit regime ms. cum veteris libris editis libri.

5. Libros canone Hebraico veritatis comprehensos intelligit, ut fidem facit principium Scripturarum galeatum libris Samuels ac Malachim præfixum. MART.

— Mavili Victorius verbum *habentur* hic repeti hoc modo : « Quia non habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus habentur, sunt procul abiendi ». Ms. regime senioribus. Vide prologum galeatum, ubi ex aliorum sententia, non sua, XXIV senibus Apocal. librorum Scriptura numerum comparat.

rum exemplaria varietas ipsa, lacerata et eversa<sup>6</sup> demonstrat (ne potest utique verum assiri quod diversum est), mittit eum ad evangelia, in quibus multa ponuntur quasi de veteri testamento, que apud Septuaginta interpres notabantur, velut illud : *Quoniam Nazareus vocabitur* : et : *Ex Ægypto vocavi filium meum* : et : *Videbunt in quem compulerunt*; multaque alia, quae latiori operi<sup>7</sup> reservamus : et querite ab eo ubi scripta sint. Cumque profere non potuerit, vos legite de his exemplaribus quæ nuper a nobis edita<sup>8</sup>. maledicorum quotidiu linguis confondantur. Sed ut ad compendium veniam, certe quod illatus sum, æquissimum est. Edidi aliquid quod non habetur in Graeco, vel alter habetur quam a me versum est? Quid interpretem laniant? Interrogant<sup>9</sup> Hebreos : et ipsis auctoribus, translationi mee vel arrogent vel derogent fidem, porro aliud est, si clausis, quod dicitur, oculis mihi volunt maledicere<sup>10</sup>,

1. Malum equidem *inversa* legi, siquidem compertum est, exemplaria Graeca, et que ex iis sunt omnium antiquissima ac præstantissima, Alexandrinum, quod diebus, et Romanum, nudum in canonicorum librorum seriem tertium quoque Esdras recipere, sed et casiori præponere, inverso ordine, ut qui ab Ecclesiâ Latina inter apocryphos rejecerit, ita Graeci probeant, ut in eorum codicibus priorem locum obtineat. Hoc vero est quod maxime causatur s. pater, qui genuinos Esdras libros ad Hebreum canones exigens, primus, ut videtur, omnium etiam apud Latinos, tertium librum qui *τρίτον* à Graecis inscribuntur, upore Hebreos reputandum, nec eorum lingua conscripsit, sed Graeca, docuit cum apocrypho esse abiendi. Nihil iam diebus de quarto, quem acrior aliud consura s. pater porrigit cum hic atque aliis, tum præcipuum libro contra Vigiliatum. Falluntur enim qui eum putant auctoritas aliquid ei libro tribuisse, cum scribens contra Hebreum. « Sive, inquit, Moses volueris auctorem patet, sive Esdras ejusdem instauratorem, non recuso ». Nam eisi illa de saceris codicibus instauratis mentio, ab hoc Esdras libro repeti videatur, vulgariter tamen adeo erat ut tralatitia omnium sermonis fabula, ut nihil ab eo repeti auctore opus esset. Cum vero Hieronymianam sententiam accesserint universæ Ecclesiæ de cœta, doquæ tantum priores Esdras libri in canone recepti sint, projecta ad omne mendaciam audacie est, quod Clericos ad hunc Hieronymi locum, Erasmianum calumniam instaurans contra catholicos blaterat, *citra disserimen ultum tertium et quartum Esdras librum a nobis nunc legi*.

2. Opus illud latius liber est de *optimo genere*

interpretandi, de quo superius presafiones in parapomena sermonem habuit, ubi easdem Scriptura sententias replicat, dicens : « Scripsi super librum de *optimo genere interpretandi*, ostendens illa de *optimo genere interpretandi* ». Mart.

— Hæc est quam exaravit hand multi post ad Pamachium epistola in nostra recensione 57, de *optimo genere interpretandi*. Vida que de ex diximus paulo superius ad *pref.* in parapomena.

3. De prophetarum, opinor, versione loquitor a se super adorata. Vida prefationem quam huic proximus.

4. Bono agere sensu in regine ms. qui interpretantur laniant interrogant, etc.

5. De hoc proverbio vide *chiliadas* Erasmi in voce *Andabatæ*. Huc enim amandat ipsa lectorem. MART.

6. Hic autem puto innuus psalterium et prophetas, quo ex Hebreo fuerint interpretatus, et Sophronius in Graecis ex Latino refutati. Vide cap. 134 libri de *viris illustribus*.

7. Hic Apollinaris Laodicenus est, quem de nomine appellat libro secundo *apologie contra Rufum*, num. 34 : « Prieternito, inguiens, Apollinarium, qui bono quidem studio, sed non secundum scientiam, de omnibus translationibus in unum vestimentum pannos assuere conatus est, et consequenter Scriptura non ex regula veritatis, sed ex suo iudicio retexere, etc. »

8. Plures mss. uniuscujuslibet interpretis.

ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua pro-  
mere. Itaque licet et excetra sibilet<sup>1</sup>, victorque  
*Sinon<sup>2</sup> incendia jactet* (*Eneid.* lib. II) : nunquam  
meum, juvante Christo, sibilet eloquium : etiam  
præcisa lingua balbutiet. Legant qui volunt :

1. Exemplaria canonis legunt hic *excetra*, sieque  
scriptum habent quanplures mss. ali codices. Unus  
Vaticanus, et alter domus Carthusianorum secus Ave-  
nionem ita retinet, et *hydra sibilet*. Eodem sensu  
biblia sacra mss. collegii Avenionensis e sociato  
Jesu legunt *licet serpens sibilet*. In uno o manu-

qui nolunt abjicant. Eventilent apices, litteras  
columnantur : magis vestra charitate provo-  
cabor ad studium, quam illorum detractio ne et  
odio deterrebor.

2. Hemistichium istud est Virgillianum, quo Ru-  
finum carperè videtur Hieronymus. De Simone pro-  
digatore insigne vide III lib. *Eneid.* MART.

## INCIPIT

## LIBER EZRAE.

*Cap. I.* — In anno primo Cyri regis Persarum,  
ut completeret verbum Domini ex ore Jeremie-  
sus suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persa-  
rum : et transduxit vocem in universo regno  
suo, etiam per scripturam, dicens<sup>1</sup>:

Hac dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna  
terra dedit mihi Dominus Deus celi, et ipso  
praecepit mihi ut adificarem ei domum in Je-  
rusalem, quæ est in Judea. Quis est in vobis de  
universo populo opus? Sit Deus illius cum ipso.  
Ascendat Jerusalem, quæ est in Juda, et adi-  
ficet domum Domini Dei Israel, ipso est Deus  
qui est in Jerusalem. Et omnes reliqui in cun-  
ctis locis ubiquecumque habitant, adiuvent cum viri  
de loco suo, argento et auro, et substantia, et  
pecoribus, excepto quod voluntarie offerunt  
templo Dei, quod est in Jerusalem.

Et surrexerunt principes patrum de Juda, et  
Benjamin, et sacerdotes, et levite, et omnis  
cujus Deus suscitavit spiritum<sup>2</sup>, ut ascenderent  
ad edificandum templum Domini, quod erat in  
Jerusalem. Universique qui erant in circuitu,  
adjuverunt manus eorum in vasis argenteis et  
aureis, in substantia, in jumentis, in supelle-  
tilli, exceptis his quæ sponte obtulerant. Rex  
quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, que  
tulerat Nabuchodonosor de Jerusalem, et po-  
suerat ea in templo dei sui.

Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per ma-

num Mithridatis filii Gazabar, et annumoravit ea  
Sassabasar principi Judee. Et hic est numerus  
corum : phialæ aureæ tringita, phialæ argenteæ  
mille, cultri viginti novem, scyphæ aurei tri-  
ngita, scyphæ argentei secundi quadringenti de-  
cem : vasa alia mille. Omnia vasa aurea et  
argentea quinque milia quadringenta : universa  
tulit Sassabasar cum his qui ascendebant do  
transmigratione Babylonis in Jerusalem.

*Cap. II.* — Hi sunt autem filii provincie qui  
ascenderunt de captivitate, quam transtulerat  
Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonom, et  
reversi sunt in Jerusalem et Judam, unusquis-  
que in civitatem suam. Qui venerunt cum Zoro-  
babel, Jesua, Neemia, Sarai, Raelaia, Mardon-  
chai, Belsan<sup>3</sup>, Mesphar, Begnai, Reum, Baana.  
Numerus virorum populi Israel:

Fili Pharos<sup>4</sup>, duo millia centum septuaginta  
duo; filii Sephetia, trecenti septuaginta duo;  
filii Arca septingenti septuaginta quinque; filii  
Phæth Moab, filiorum Josue Joab, duo millia  
octingenti duodecim; filii Elam, mille ducenti  
quinquaginta quatuor; filii Zothua, nongenti  
quadraginta quinque; filii Zachai septingenti  
sexaginta; filii Bani, sexcenti quadraginta duo;  
filii Bohai, sexcenti viginti tres; filii Azgd, mille  
ducenti viginti duo; filii Adonican, sexcenti  
sexaginta sex; filii Beguai, duo millia quinqua-

1. Regius codex : *Et præcepit per totum regnum  
suum ex scripto dicens, etc.* MART.

2. Plus habet regius ms. *Spiritu sanctum :*  
paulo post *adjuvarent pro adjuvarent legi*.

3. Regius ms. *Belran et Beguiai*, minus tamen  
recte.

4. Idem ms. *Phares pro Pharos*, tum *Thessesfetia*  
pro *Sephetia*, denique *Fet Moab* pro *Phæth Moab*,  
atque alia ejusmodi scriptura via sua quo sigillatum  
adnotare vix opere pretium est.

ginta sex; filii Adin, quadringenti quinquaginta quatuor; filii Ather qui erant ex Ezechia<sup>1</sup>, nonaginta octo; filii Bezai, trecenti viginti tres; filii Jora, centum duodecim; filii Asom, ducenti viginti tres; filii Gobbar, nonaginta quinque; filii Beth-Leem, centum viginti tres viri; Netupha, quinquaginta sex; viri Anathothi, centum viginti octo; filii Azmaveth, quadrangula duo; filii Cariath-Arim, Cephira, et Beroth, septingenti quadrangula tres; filii Arama et Gaba, sexcenti viginti unus; viri Machmas, centum viginti duos viri; Beth-El et Ai<sup>2</sup> ducenti viginti tres; filii Nebo, quinquaginta duo; filii Megibis, centum quinquaginta sex; filii Elam alterius mille ducenti quinquaginta quatuor; filii Arim, trecenti viginti; filii Lod, Adid, et Ono, septingenti viginti quinque; filii Jericho, trecenti quadrangula quinque; filii Senaæ, tria milia sexcenti triginta.

Sacerdotes: filii Idaia<sup>3</sup> in domo Jesue, nongenti septuaginta tres; filii Emmer, mille quinquaginta duo; filii Phesdur<sup>4</sup> mille ducenti quadrangula septem; filii Arim, mille decem et septem.

Levite: filii Jesue, et Cedmiel filiorum Odevia, septuaginta quatuor. Cantores: filii Asaph, centum viginti octo. Fili Janitorum: filii Sel-lum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai; universi centum triginta novem. Nathinei: filii Siba, filii Asupha, filii Tebooth, filii Ceros, filii Sia, filii Phadon, filii Lebana, filii Agaba, filii Accub, filii Agab, filii Semla, filii Anan, filii Gaddel, filii Gaer, filii Raia, filii Rasin, filii Necoda, filii Gazem, filii Aza, filii Phasee, filii Besee, filii Ascenaa, filii Munim, filii Nephusim, filii Bechue, filii Acupha, filii Arur, filii Besluth, filii Naida, filii Arsa, filii

1. Hic paulo pressius ad Hebreum legit regina ms. *Jezchiah*: et mox *Gelbar* pro *Gelbar*, et *Nepte* pro *Netupha*, *Cephira* pro *Cephira*, denuo *Gabbass* pro *Gabau*, que videtur scribarum menda.

2. Cum sint et nostri, et quos Mariannus laudat, mss. libri qui praeferunt *Gai* pro *Ai*, non scribarum eas esse culpam, sed doctam ipsius fortasse interpretationem putandam est, cum et in Hebrew per *Y* effigie רַעַת, quam literam per *g* veuustiores interpres passim reddunt.

3. Vulgati *Iadaia*; regin. ms. *Adaia*: piget vero longius hoc possequei.

4. Idem retinunt hic loci *Phessur* vel *Phesur* sine *hh*, hoc est sine *hh* Hebrew, quod tamen legitur *הַשְׁׁבָר* *Pheshur*. Mart.

Bercos, filii Sisara, filii Thema, filii Nasia, filii Atupha.

Fili servorum Solomonis, filii Sotei, filii Sopheret, filii Pharuda, filii Iala, filii Derecon, filii Geddel, filii Saphatia, filii Atil, filii Phochereth, qui erant de Asehaim, filii Amni: omnes Nathanei, et filii servorum Salomonis, trecenti nonaginta duo.

Et hi qui ascenderunt de Tholmela [Al. Thelmal], Thelarsa, Cherub, Edden, Emmer<sup>5</sup>, et non potuerunt indicare domum patrum suorum et semem suum, utrum ex Israel essent. Fili Dalaya, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti quinquaginta duo.

Et de filiis sacerdotum: filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaditis uxorem, et vocatus est nomine eorum: hi quiescerunt scripturam genealogiae sue, et non invenierunt, et ejeci sunt de sacerdotio.

Et dixit Athersatha eis ut non comedenter de Sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus. Omnis multitudine quasi unus, quadrangula duo milia trecenti sexaginta, exceptis servis eorum et ancillis, qui erant septem milia trecenti triginta septem: et in ipsis cantores atque cantatrices ducenti. Equi eorum septingenti triginta sex; muli eorum, ducenti quadrangula quinque; camelli eorum, quadrangenti triginta quinque; asini eorum, sex milia septingenti viginti.

Et de principibus patrum, cum ingredenterur templum Domini, quod est in Jerusalem, sponte obtulerunt in dominum Dei ad extruendam eam in loco suo. Secundum vires suas dederunt impensis operis, auri solidos sexaginta *milia* et mille, argenti minas quinque *milia*, et vestes

5. Scriptorum vitio confusa sunt isthac nomina, sic enim habent mss. codices *Arsacherub* et *Don et Mer*: proculvi quidem lapsu scribunt et *Don* pro *Eddon* pro *et*, *Mer* pro *Emmer*. Mart.

6. Hic quoque error est in numero: nam pro septuaginta posuerunt *quadranginta*, numericis notis hoc modo transpositis, *xl* *milia*, pro *lx* *milia*. Canon Memianus habet in contextu, *solidos cccc milia et mille*, in margine vero *xl* notat pro *coco*. Mart.

— Regin. ms. perperam, *solidos quadranginta et mille*: Mariannus in suis videtur offendisse, *quadrangula milia et mille*: quia tamen falsa ipsa quoque est lectio.

sacerdotales centum. Habilaverunt ergo sacerdotes et levitæ, et de populo, et cantores, et janitores, et Nathinei, in urbibus suis, universusque Israel in civitatibus suis.

*Cap. III.* — Jamque venerat mensis septimus, et erant filii Israel in civitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi viri unus in Jerusalem, et surrexit Iesus filius Josede, et fratres eius sacerdotes, et Zorobabel filius Salathiel, et fratres eius, et edificaverunt altare Dei Israel, ut offerrent in eo holocausta, sicut scriptum est in lege Mosi viri Dei. Collocaverunt autem<sup>6</sup> altare Dei<sup>7</sup> super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populi terrarum, et obtulerunt super illud holocaustum Dominum mane et vespera: feceruntque solemnitatem tabernaculorum, sicut scriptum est, et holocaustum diebus singulis per ordinem secundum preceptum opus diei in die suo. Et post hec holocaustum iuge, tam in calendis quam in universi solemnitatis Domini, que erant consecrata, et in omnibus in quibus ultra offerabant munus Domino. A primo die mensis septimi cooperunt offerre holocaustum Domino: porro templum Dei fundatum necnum era. Dererunt autem pecunias latomis et clementiaris: cibum quoque et potum, et oleum, Sidonis Tyrisque, ut deferent ligna cedarina de Libano ad mare Joppe, juxta quod præcepérat Cyrus rex Persarum eis.

Anno autem secundo adventus eorum ad tempulum Dei in Jerusalem, mense secundo, cooperunt Zorobabel filius Salathiel, et Iosue filius Josede, et reliqui de fratribus eorum sacerdotes, et levite, et omnes qui venerant de captivitate in Jerusalem, et constituerunt levitas a viginti annis et supra, ut urgenter opus Domini. Stetitque Iosue et filii eius, et fratres eius: Cedmiel et filii eius, et filii Juda, quasi viri

7. Collocaverunt autem, etc. Regius codex: *Et collocaverunt altare Dei Israel super bases suas; deterrebant autem eos per circuitum populi terrarum*. Mart.

8. Nomen Dei hic retinet cum regine ms. ipso etiam Hebrew textus et Graecus.

9. Alter idem regius ms. *Et filii Juda unanimiter; ut instarent super eos qui faciebant opera in domo Dei... et fratres eorum levites fundaverunt aedificantes templum Domini, et steterunt sa-*

enus, ut instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei<sup>8</sup>: filii Enadad, et filii eorum, et fratres eorum levite.

Fundato igitur a cementariis templo Domini, steterunt sacerdotes in ornato suo cum tubis et levite filii Asaph in cymbalis, ut laudent Deum per manus David regis Israel. Et concinabant in hymnis et confessione Domino: *Quoniam bonus, quoniam in eternum misericordia ejus super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo quod fundatum esset templum Domini: plurimi etiam de sacerdotibus et levitis, et principes patrum, seniores<sup>9</sup>, qui viderant templum prius, cum fundatum esset hoc templum<sup>10</sup> in oculis eorum, flебant voce magna: et multi vociferantes in laetitia, elevabant vocem. Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris latantum, et vocem fletus populi: commixtum enim populus vociferabatur clamore magno, et vox audiebatur procul.*

*Cap. IV.* — Audierunt autem hostes Judeæ et Benjamin quia filii captivitatis adificarent templum Domini Deo Israel: et accedentes ad Zorobabel et ad principes patrum, dixerunt eis: *Edificemus vobis quem, quia ita ut vos querimus Deum vestrum: ecce nos immolamus victimas a diebus Azor Addan regis Assur, qui adiuxit nos huc. Et dixit eis Zorobabel, et Iosue, et reliqui principes patrum Israel: Non est vobis et nobis ut adificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli adificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum eis.*

Factum est igitur ut populus terra impeditret manus populi Judeæ, et turbaret eos in adiuvando. Conduxerunt quoque [Al. autem] adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum.

*10. Collocaverunt autem, etc. Deinde v. 11: Et responderunt in laude et in confessione Domino, quoniam bonus est. Has omnes variantes lectiones retinet supra dictus codex num. 3564 in bibliotheca christianissimi regis Mart.*

11. Hoc modo legit præstantissimum exemplar mss. San-Germanens. num. 15. Alii mss. codices minus bene legunt, et hoc templum, etc. Mart.

12. Vulgati et hoc templum, etc. refragantibus nostris aliorumque mss.

rum, et usque ad regnum Darii regis Persarum.

In regno autem Assueri, in principio regni ejus, scripserunt accusationem adversus habitatores Judee et Jerusalem. Et in diebus Artaxerxis scripsit Bessalam Mithridates, et Thabeel, et reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum: epistola autem accusationis scripta erat Syrlace, et legebat sermone Syro. Reum Beelteem, et Samsai scriba scripserunt epistolam unam de Jerusalem Artaxerxi regi, hujuscemodi: Reum Beelteem, et Samsai scriba, et reliqui consiliatores eorum, Dinei, et Aphiarsathchei<sup>1</sup>, Terphalei, Apharsaei, Erchuei, Babylonii, Susanchaei<sup>2</sup>, Deei, Elanitei, et ceteri de gentibus quas transiit Asenaphar magnus et gloriatus: et habitate eas fecit in civitatibus Samarie, et in reliquis regionibus trans flumen in pace.

Hoc est exemplar epistole quam miserunt ad eum:

ARTAXERXI REGI, SERVI TUI, VIRI QUI SUNT TRANS FLUVIUM, SALUTEM DICUNT.

Notum sit regi, quia Iudei, qui ascenderunt a te ad nos, venerunt in Jerusalem civitatem rebellem et pessimam, quam edificant, extrenuentes muros ejus, et parietes componentes. Nunc igitur notum sit regi, quia si civitas illa edificata fuerit, et muri ejus instaurati, tributum, et vectigal, et annuos redditus non dabunt, et usque ad reges haec noxa perveniet. Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus, et quia lesions regi videre nefas ducimus, idcirco misirimus et nuntiavimus regi, ut recenses in libris historiarum patrum tuorum, et inventes scriptum in commentariis: et scies quoniam urbs illa urbs rebellis est, et nocens regibus et provinciis, et bella concitant in ea ex diebus antiquis: quamobrem et civitas ipsa destruenda est. Nuntiamus nos regi, quoniam si civitas illa edificata fuerit, et muri ipsius instaurati, posse sessionem trans fluvium non habebis.

Verbum misit rex ad Reum Beelteem, et Samsai scribam, et ad reliquos qui erant in consilio

eorum habitatores Samariae, et ceteris trans fluvium, salutem dicens et pacem.

Accusatio, quam misistis ad nos, manifeste lecta est coram me. Et a me preceptum est: et recensuerunt, inveneruntque quoniam civitas illa a diebus antiquis adversum reges rebellat, et seditiones et prælia concitantur in ea: nam et reges fortissimi fuerunt in Jerusalem, qui et dominati sunt omni regioni quo trans fluvium est: tributum quoque et vectigal, et redditus accipiebant. Nunc ergo audite sententiam: ut prohibeatis viros illos, et urbs illa non edificantur, donec si forte a me jussum fuerit. Videute ne negligenter hoc implacatis, et paulatim crescat malum contra reges.

Iaqua exemplum edifici Artaxerxes regis lectum est coram Reum, et Samsai scriba, et consiliariis eorum: et abierunt festini in Jerusalem ad Judeos et prohibuerunt eos in brachio et robore. Tunc intermissum est opus domus Domini in Jerusalem, et non fiebat usque ad annum secundum regni Darii regis Persarum.

*Cap. V.* — Prophetaverunt autem Aggaeus propheta et Zacharias filius Addo, prophetantes ad Judeos, qui erant in Iudea et Jerusalem, in nomine Dei Israel. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, et Josue filius Josedec, et exponerunt edificare templum Dei in Jerusalem, et cum eis prophetae Dei adiuvantes eos.

In ipso tempore venit ad eos Thathannai<sup>3</sup>, qui erat trans flumen, et Sharbuzanai, et consiliarii eorum: sicut dixerunt eis: Quis dedit vobis consilium, ut dominum hanc edificantis, et muros hos instauraretis? Ad quod respondimus eis, que essent nomina hominum auctorum illius edificationis. Oculus autem Dei eorum factus est super senes [4t. seniores] Iudeorum, et non potuerunt inhibere eos. Placuitque ut res ad Darium referretur, et tunc satisfacerent adversus accusationem illam.

Exemplar epistole, quam misit Thathannai dux regionis trans flumen, et Sharbuzanai, et consiliatores ejus Apharsachaei, qui erant trans

1. Regino ms. Dinai et Pharsathaei, et mox Susanchaei.

2. Ms. habent Apharsathaei sine  $\Delta$  capi in fine vocis. Hebreus non sibi constat in hoc scribendo nomine, nam hic scribitur cum  $\Delta$  than in medio,

infra autem capite v, vers. 6, absque ullo than, Apharsachaei. MARR.

3. Constanter absque aspiratione Tattannai effert regin. ms.

flumen, ad Darium regem. Sermo quem miserant ei, sic scriptus erat.

#### DARIO REGI PAX OMNIS.

Notum sit regi, isse nos ad Iudeam provinciam, ad domum Dei magni, quæ edificantur lapide impolito, et ligna ponuntur in parietibus, opusque illud diligenter extruxit, et crescit in manibus eorum. Interrogavimus ergo senes illos, et ita diximus eis: quis dedit vobis potestatem ut domum hanc edificantis, et muros hos instauraretis? Sed et nomina eorum quassivimus ab eis, ut nuntiarem tibi, quæ scripsimus nomina virorum, qui sunt principes in eis. Hujuscemodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes: Nos sumus servi Dei coeli et terra, et edificamus templum, quod erat extrellum ante hunc annos multos, quodque rex Israel<sup>4</sup> magnus edificaverat, et extruxerat. Postquam autem ad frumentum provocaverunt patres nostri Deum coeli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldei, dominum quoque hanc destruxit, et populus ejus transiit Babylonem.

Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex propositus edictum, ut domus Dei huc edificantur. Nam et vasa templi Dei aurea et argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo, quod erat in Jerusalem, et asportaverat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, et data sunt Sassabasbas vocabulo, quem et principem constituit, dixitque ei: Haec vasa tolle, et vade, et pone eis in templo, quod est in Jerusalem, et dominus Dei edificantur in loco suo. Tunc itaque Sassabasbas ille venit et posuit fundamenta templi Dei in Jerusalem, et ex eo tempore usque nunc edificantur, et needum completum est.

Nunc ergo, si videtur regi bonum, recensem in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, utrumnam a Cyro rege jussum sit ut edificantur domus Dei in Jerusalem, et voluntatem regis super hac remittat ad nos.

1. Tacet reginæ ms. Israel, quod est tamen in Hebreo textu nomen.

2. Hic vero Dei nomen, quod Martianus prætermisserat, restituimus ex regina ms. consentiente Hebr. textu, esterisque Vulgata libris.

3. In regio codice legitur in media provincia, Canon Memmianus in textu habet Medana, in matrone vero, alibi Madana, alibi Madena. Quæ pro-

fectio sunt levissimi momenti, nec tamen omnino pretermittenda propter eos, qui laboribus studiosum insidiuntur. MART.

4. Altitudinis cubitus septuaginta, et latitudinis triginta regin. ms. supputat.

5. Illud Dei, quod tamen et in Hebr. resonat, regin. ms. omittit.

ut repugnet, et dissipet domum Dei illam, quae est in Jerusalem. Ego Darius statui decrenum quod studiose impleri volo.

Igitur Thathannai, dux regionis trans flumen, et Sharbzana, et consiliarii ejus, secundum quod praecepserat Darius rex, sic diligenter executi sunt. Seniores autem Iudeorum edificabant et prosperabantur iuxta prophetiam Aggei prophetae, et Zachariae filii Addo: et edificaverunt et construxerunt, jubente Deo Israel, et jubente Cyro et Dario, et Artaxerxe, regibus Persarum: et compleverunt domum Dei istam usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darii regis.

Fecerunt autem filii Israel, sacerdotes et levita, et reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio. Et obtulerunt in dedicationem domus Dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos capraru pro peccato totius Israel, duodecim, iusta numerum tribuum Israel. Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis, et levitas in vicibus suis, super opera Dei in Jerusalem, sicut scriptum est in libro Mosi. Fecerunt autem filii Israel transmigrationis pascha, quarta decima die mensis primi. Purificati enim fuerant sacerdotes et levite quasi unus: omnes mundi ad immolandum pascha universi filii transmigrationis, et fratribus suis sacerdotibus, et sibi. Et comedevint filii Israel, qui reversi fuerant de transmigratione, et omnes, qui se separavarent a coquinatione gentium terre ad eos, ut quererent Dominum Deum Israel. Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in letitia, quoniam letificaverat eos Dominus, et converterat eor regis Assur ad eos, ut adjuvaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israel.

*Cap. VII.* — Post haec autem verba, in regno Artaxerxes regis Persarum, Ezra filius Sarai, filii Azarie, filii Helcie, filii Sellun, filii Sadoc, filii Ahitob, filii Amarie, filii Azarie<sup>1</sup>, filii Mairath, filii Zaraie, filii Ozi, filii Bocci, filii Abiseue, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron sacerdotis ab initio. Ipse Ezra ascendit de Babylone, et ipse scriba velox in lego Mosi, quam dedit Dominus Deus Israel: et dedit ei rex secundum

1. In regin. ms. filii Achitob, filii Amraias tum filii Maraioth filii Azaria, etc.

manum Domini Dei ejus super eum, omnem petitionem ejus. Et ascenderunt de filiis Israel, et de filiis sacerdotum, et de filiis levitarum, et de cantoribus, et de janitoribus, et de Nathinais, in Jerusalem, anno septimo Artaxerxis regis. Et venerunt in Jerusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis. Quia in primo die mensis primi cepit ascendere de Babylone, et in primo die mensis quinti venit in Jerusalem, iuxta manum Dei sui bonam super se. Ezra enim paravit cor suum, ut investigaret legem Domini, et faceret et doceret in Israel preceptum et iudicium.

Hoc est autem exemplar epistola editi, quod dedit rex Artaxerxes Ezra sacerdoti, scribe eruditio in sermonibus et preceptis Domini, et ceteris eius in Israel.

ARTAXERES REX REGUS EZRE SACERDOTI, SCRIBE LEGIS DEI COELI DOCTISSIMO, SALUTEM.

Me decretem est, ut cuicunque placuerit in regno meo de populo Israel, et de sacerdotibus ejus, et de levitis, ire in Jerusalem, tecum vadat. A facie enim regis, et septem consiliatorum ejus, missus es, ut visitas Iudeam et Jerusalem in lege Dei tui, que est in manu tua, et ut feras argumentum et aurum, quod rex et consiliatores ejus sponte obtulerunt Deo Israel, cuius in Jerusalem tabernaculum est. Et omne argumentum et aurum quocunque inveneris in universa provincia Babylonis, et populus offerre voluerit, et de sacerdotibus que sponte obtulerint domui Dei sui, que est in Jerusalem, libere accipe, et studiose eme de hac pecunia vitulos arietes, agnos et sacrificia et libanum eorum, et offer ea super altare templi Dei vestri, quod est in Jerusalem. Sed et si quid tibi et fratribus tuis placuerit, de reliquo argento et auro ut facias, iuxta voluntatem Dei vestri facile. Vasa quoque, quae dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in prospectu Dei in Jerusalem. Sed et cetera, quibus opus fuerit in domo Dei tui, quantumcumque necesse est ut expandas, dabitur<sup>2</sup> de thesauro, et de fisco regis, et a me. Ego Artaxerxes rex, statui atque decrevi omnibus custodibus arce publice, qui sunt trans flumen, ut quocumque petierit a vobis Ezra sacerdos, scriba legis Dei celi, absque mora detis, usque

2. Prima manu in reginae codice scriptum fuit dabis.

ad argenti talenta centum et usque ad frumentos coros centum, et usque ad vini batos centum, et usque ad batos olei centum, sal vero absque mensura. Omne, quod ad ritum Dei celi pertinet, tributarum diligenter in domo Dei celi, ne forte irascatur contra regnum regis et filiorum ejus. Vobisque notum facimus de universi sacerdotibus, et levitis, et cantoribus, et janitoribus, Nathinais, et ministris domus Dei hujus, et in rectum, et tributum, et annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Tu autem, Ezra secundum sapientiam Dei tui, que est in manu tua, constitue judices et presides, ut judicent omni populo qui est trans flumen, his videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed et imperitos docete libere. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, et legem regis diligenter, iudicium erit de eo, sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantia ejus, vel certe in carcere.

Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret dominum Domini, que est in Jerusalem, et in me inclinavit misericordiam suam coram rego et consiliatoribus ejus, et universi principibus regis potestibus.

Et ego confortatus manu Domini Dei mei, qua erat in me, congregavi de Israel principes qui ascenderent mecum.

*Cap. VIII.* — Hui sunt ergo principes familia rum, et genealogia eorum qui ascenderunt monachum in regno Artaxerxis regis de Babylone. De filiis Phinees, Gerson. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis David, Attus. De filiis Sechenie, filiis Pharos, Zacharias: et cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta. De filiis Pheth-Moab<sup>3</sup>, Elieoeni filius Zare, et cum eo ducenti viri. De filiis Sechenie, filius Ezechiel, et cum eo trecenti viri. De filiis Adden, Abed, filius Jona-

1. Idem ms. *Pheth Moab*, et *Azaria pro Zare*: tum preponit versiculum de *filiis Adden* *Abed*, et qui subsequitur de *filiis Sechenie*, etc. qui amanuensium est lapsus. *Ezechiel* quoque pro *Ezechiel* monachus legit, et paulo post *Abedia filius Ithiel*, denique *Ezgad* pro *Ezgad*, et *Sechan* pro *Sechan*.

2. Regimur ms. *Hebilel*, ubi et notat de subsequenti nomine *Samaias*, quod alibi *Ramaias* dicitur. Praterea *Zachur* cum gemino e legit: in Hebr. et Graeco *Zabud* scriptum est. Hieronymus quod et Martianus observat, *z* pro *z*, et *z* pro *z* acceptit.

than, et cum eo quinquaginta viri. De filiis Elam, *Isaias filius Athalia*, et cum eo septuaginta viri. De filiis *Sophat*, *Zobedia*, filius Michael, et cum eo octoginta viri. De filiis *Joab*, *Obedia* filius *Jehiel*, et cum eo ducenti decem et octo viri. De filiis *Selomith*, filius *Josphia*, et cum eo centum sexaginta viri. De filiis *Bebai*, *Zacharias* filius *Bebai*, et cum eo viginti octo viri. De filiis *Ezgad*, *Johanan* filius *Eccetan*, et cum eo centum et decem viri. De filiis *Adoniam*, qui erat novissimi: et haec nomina eorum: *Elipheth*, *Jeiel*<sup>4</sup>, et *Samaias*, et cum eis sexaginta viri. De filiis *Begui*, *Uthai* et *Zachur*, et cum eis sexaginta viri.

Congregavi autem eos ad fluvium qui deerit ad Aava<sup>5</sup> et mansimus ibi tribus diebus: quasivix in populo et in sacerdotibus de filiis Levi, et non inventi ibi. Itaque nisi *Eliezer*, et *Ariel*, et *Semeiam*, et *Elnathan*, et *Jarib*, et alterum *Elnathan*, et *Nathan*, et *Zachariam*, et *Mosollam* principes: et *Joiarib*, et *Elnathan* sacerdtes. Et misi eos ad *Eddo*, qui est primus in Chasphe loco, et posui in ore eorum verba que loquerentur ad *Eddo*, et fratres ejus *Nathinaeos*, in loco Chasphe, ut adducerent nobis ministros domus Dei nostri. Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis *Mooli*, filii *Levi*, filii *Israel*, et *Sarabiam*, et filios ejus et fratres ejus decem et octo et *Asabiam*, et cum eo *Isaiam* de filiis *Merari*, fratresque ejus et filios ejus viginti: et de *Nathinaeo*, quos dederat David et principes ad ministeria levitarum, *Nathineos* ducenti viginti: omnes hi suis nominibus vocabantur.

Et prædicavi ibi jejunium juxta fluvium Aava, ut affligeremur coram Domino Deo nostro, et peteremus ab eo viam rectam nobis et filiis nostri, universaque substantia nostra. Erubui enim potere a rege auxilium et equites, qui de-

3. In Hebreo hodierno זבד Zabud legitimus, quod Septuaginta interpres etiam legebant זבד. Hieronymus et contra pro *z* beth, in suis exemplaribus Hebreis legebat ז capi, et ז res, pro ז daleth, ז ר Zachur, non Zabud. Marx.

4. Hic atque infra *Huvua* pro *Aava*, et *Mesolam* pro *Mosolam* in reginae ms. legitur.

5. Idem ms. *Sabiam* pro *Asabiam*, et *Saiam* pro *Isaiam* praefert.

fenderent nos ab inimico in via : quia dixeramus regi : Manus Dei nostri est super omnes qui querunt eum in bonitate : et imperium ejus et fortitudo ejus, et furor super omnes, qui derelinquent eum. Jejunavimus autem, et rogavimus Deum nostrum pro hoc : et evenit nobis prospere. Et separavi de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam, Asabiām, et cum eis de fratribus eorum decem. Appendix eis argenteum et aurum, et vasa consecrata domus Dei nostri, que obtulerat rex et consilatores ejus, et principes ejus, universusque Israel eorum, qui inventi fuerant : et appendi in manus eorum argenti talenta sexenta quinquaginta, et vasa argentea centum, auri centum talenta : et craterae aureos viginti, qui habebant solidos millesios, et vasa auri fulgentis optimi duo, pulchra et aurum. Et dixi eis : Vos sancti Domini, et vasa sancta, et argenteum et aurum quod sponte oblatum est Domino Deo patrum nostrorum : vigilate et custodite donec appendi coram principibus sacerdotum, et levitatum, et ducibus familiarium Israel in Jerusalem, in thesaurum domus Domini. Suscepserunt autem sacerdotes et levites pondus argenti, et auri, et vasorum, ut defererent Jerusalem in dominum Dei nostri.

Promovimus ergo<sup>1</sup> a flumine Aara duodecimo die mensis primi, ut pergeremus Jerusalem : et manus Dei nostri fuit super nos, et liberavit nos de manu inimici et insidiatoris in via. Et venimus Jerusalem et mansimus ibi diebus tribus. Die autem quarta appensum est argenteum, et aurum, et vasa<sup>2</sup> in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Urie sacerdotis, et cum eo Bleazar filius Phinees, cumque eis Jozabed filius Josue, et Noadai filius Bennoi levite, juxta numerum et pondus omnium : descriptumque est omne pondus in tempore illo.

Sed et qui venerant de captitate filii transmigrationis, obtulerunt holocausta Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim : omnia in holocaustum Domino. Dederunt autem edicta

regis satrapis, qui erant de conspectu regis, et ducibus trans flumen, et elevaverunt populum et domum Dei.

*Cap. IX.* — Postquam autem haec completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes : Non est separatus populus Israel, sacerdotes et levites, a populis terrarum, et de abominationibus eorum, Chananai videlicet, et Bethhei, et Pherezei, et Jebusei, et Ammonitarum, et Moabitum, et Egyptiorum, et Amorrhaeorum : tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis suis, et commiscerunt somen sanctum cum populis terrarum : manus eiam principum et magistratum fuit in transgressione hac prima. Cumque audissem sermone istum, scidi palium meum et tunicam, et ovelli capillos capitis mei et barbae, et sedi mores. Convenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Israel, pro transgressione eorum qui de captitate venerant, et ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum : et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, et scisso palio et tunica, curvavi genua mea, et expandi manus meas ad Dominum Deum meum, et dixi : Deus meus, confundor et erubesco levare faciem meam ad te : quoniam iniquitates nostre multiplicate sunt super caput, et delicta nostra creverunt usque ad colum, a diebus patrum nostrorum : sed et nos ipsi peccavimus graviter usque ad diem hanc, et in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, et reges nostri, et sacerdotes nostri, in manu regum terrarum, in gladium, in captivitate, in rapinam, et in confusionem vultus, sicut et die hac. Et nunc quasi parum et ad momentum facta est deprecatione nostra apud Dominum Deum nostrum, ut dimitteretur nobis reliquiae, et darent nobis paxillus<sup>3</sup> in loco sancto ejus, et illuminaret oculos nostros Deus noster, et daret nobis vitam modicam in servitute nostra, quia servi sumus, et in servitute nostra non dereliquerit nos Deus noster, sed inclinavit super nos misericordiam eorum regis Persarum, ut daret nobis vitam, et sublimaret domum Dei nostri, et extrueret solitudinos

1. Priora haec verba, promovimus ergo, in regina ms. desiderantur.

2. Ille fierum voces et vasa, que in Hebr. tamē sunt, regina ms. omittit. Mox Remoth pro Meremoth legit.

3. Regine ms. *pax illius* habet duobus verbis pro *paxillus*, quem errorem alii quoque Latinis codicibus errant.

ejus, et daret nobis sepem<sup>1</sup> in Juda et Ierusalem. Et nunc quid dicemus, Deus noster, post haec? Quia dereliquimus mandata tua, que praecepisti in manu servorum tuorum prophetarum, dicens : Terra ad quam vos ingredimini ut possideatis eam, terra immunda est, iuxta immunditiam populorum ceterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleverunt eam ab ore usque ad eos coniunctione sua. Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, et filias eorum ne accipiatis filiis vestris, et non queratis pacem eorum, et prosperitatem eorum, usque in eternum : ut confortemini, et comedatis que bona sunt terre, et heredes habeatis filios vestros usque in saeculum. Et post omnis quae venerunt super nos in operibus nostris pessimis, et in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberasti nos de iniunctio nostra, et dedisti nobis salutem sicut est hodie, ut non converteremur et irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia jungemus cum populis abominationum istarum. Nunquid iratus es nobis usque ad consummatum, non dimittes nobis reliquias ad salutem? Domine Deus Israel, justus es tu : quoniam derelicti sumus, qui salvaremur sicut die hac. Ecce, coram te sumus in delicto nostro. Non enim stari potest coram te super hoc.

*Cap. X.* — Sic ergo orante Ezra, et implorante eo, et flente, et jacente ante templum Dei, collectus est ad eum de israel cœtus grandis nimis virorum et mulierum et puerorum, et levitum populus multo fluctu. Et respondit Sechenias filius Jeiel<sup>2</sup> de filiis Elam, et dixit Ezra : Nos prævaricati sumus in Deum nostrum, et duximus uxores alienigenas de populis terre, et nunc, si est penitentia in Israel super hoc, percutiamus fodus cum Domino Deo nostro, ut projiciamus universas uxores, et eos qui de his natu sunt, juxta voluntatem Domini et eorum qui timent præceptum Domini Dei nostri : secundum legem fiat. Surgo, tuum est decernere, nosque erimus tecum : confortare, et fac.

Surrexit ergo Ezra, et adjuravit principes sacerdotum et levitarum, et omnem Israel, ut facerent secundum verbum hoc, et juraverunt.

1. Iterum spem pro sepem hand recte cum quibusdam aliis Latinis codicibus, Lyra atque Estio, regine ms. preferit.

Et surrexit Ezra ante dominum Dei, et abiit ad cubiculum Johanan filii Eliasib, et ingressus est illuc, panem non comedit, et aquam non bibit. Iugebat enim in transgressione corum qui de captitate venerant. Et missa est vox in Juda et in Ierusalem omnibus filiis transmigrationis, ut congregarentur in Ierusalem : et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta concilium principum et seniorum, auferetur universa substantia ejus, et ipso abjectetur de ecclœ transmigrationis.

Convenerunt igitur omnes viri Juda et Benjamin in Ierusalem tribus diebus, ipse est mons nonus, vicesimo die mensis : et sedis omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato et pluvia. Et surrexit Ezra sacerdos, et dixit ad eos : Vos transgressi estis, et duxistis uxores alienigenas, ut adderetis super delictum Israel. Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, et facite placitum ejus, et separamini a populis terre, et ab uxoris alienigenis. Et respondit universa multitudo, dixitque vox magna : Juxta verbum tuum ad nos, sic fiat.

Verumtamen quia populus multis est, et tempus pluviae, et non sustinemus stare foris, et opus non est diei unius vel duorum (velmenter quippe peccavimus in sermone isto), constituantur principes in universa multitudo : et omnes in civitatibus nostris qui duxerunt uxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, et cum his senioribus per civitatem et civitatem, et iudices ejus, donec avertatur ira Dei nostri a nobis super peccato hoc.

Igitur Jonathan filius Azael, et Jaasia filius Theeue, steterunt super hoc, et Mesollam et Sobeithai levites adjurerunt eos : feceruntque sic filii transmigrationis. Et abierunt, Ezra sacerdos, viri et principes familiarium, in dominum patrum suorum, et omnes per nomina sua, et sederunt in die primo mensis decimi ut quererent rem. Et consummati sunt omnis viri qui duxerant uxores alienigenas, usque ad diem primam mensis primi.

Et inventi sunt de filiis sacerdotum, qui duxerant uxores alienigenas. De filiis Josue filii Josedec, et fratres ejus, Maasia, et Elieezr, et Ja-

2. Continuo regina ms. aspirat *Johieel*.

rib, et Godolia. Et dederunt manus suas ut ejercent uxores suas, et pro deficto suo arietem de oibis offerrent. Et de filiis Arim, Maasia, et Elia<sup>1</sup>, et Semeia, et Jehiel, et Ozias. Et de filiis Phesur, Eloemai, Maasia, Ismael, Nathanael, Jozabed, et Elasa. Et de filiis levitarum, Jozabed, et Semei, et Celia, ipse est Calia, Phatia, Juda, et Eliezer. Et de cantoribus, Eliasib. Et de janitoribus, Sellum, et Telem, et Uri. Et ex Israel, de filiis Pharos, Remela, et Jezia, et Melchia, et Miamin, et Eliezer, et Melchia, et Banea. Et de filiis Elam, Mathanias, Zacharias, et Jehiel, et Abdi, et Jerimoth, et Elia. Et de filiis Zethua, Elioenai, Eliazib, Mathanias, et Jerimoth, et Zabed, et Aziza. Et de filiis Bebai, Johanan, Anania, Zabbai, Athalai. Et de filiis Bani, Mosolam, ut Melluch, et Adaa, Jasub, et Saal et Ra-

moth. Et de filiis Phact<sup>2</sup> Moab, Edna, et Chalal, Banais, Mansas, Mathanias, Bosceel, et Bennui, et Manasse. Et de filiis Erem, Eliezer, Josue, Melchias, Semeias, Simeon, Benjamin, Maloch, Samarias. De filiis Asom, Mathanai, Matthatha, Zabed, Clipelet, Jermai, Manasse, Semei. De filiis Bani, Maadi, Amram, et Uel, Baneas, et Badaias, Chelieu, Vania, Marimuth, et Eliasib, Mathanias, Mathanai, et Jasi, et Bani, et Bennui, Semei, et Salmias, et Nathan, et Adaias, Mechnedahai [Al. Mechnededai], Sisai, Sarai, Ezrel, et Selemiu, Someria, Sellum, Amarria, Joseph. De filiis Nebo, Jeiel, Mathathias, Zabed, Zabina, Jeddu<sup>3</sup>, et Joel, et Banaia. Omnes hic accepserunt uxores alienigenas, et fuerunt ex eis mulieres quae poporarunt filios.

VERBA NEEMIAE FILII HECLIE<sup>4</sup>.

Liber II. — Cap. I. — Et factum est in mense easien, anno vicesimo, et ego eram in Susis castro. Et venit Anani unus de fratribus meis, ipso et viri ex Iuda : et interrogavi eos de Iudeis qui remanserant et supererant de captivitate, et de Jerusalem. Et dixerunt mihi : Qui remanserunt, et reliqui sunt de captivitate ibi in provincia, in afflictione magna sunt, et in opprobrio : et murus Jerusalem dissipatus est et porte eius combustae sunt igni. Conque audissem verba hujuscemodi, sedi, et flevi, et lux diebus nullis : et jejunabam, et orabam ante faciem Dei coeli. Et dixi : Queso, Domine Deus coeli fortis, magne atque terribilis, qui custodis pacum et misericordiam cum his qui te diligunt, et custodiunt mandata tua : fiat auris tua auscultans (Al. fiant aures tue auscultantes), et oculi tui aperti, ut audias orationem servii tui, quam ego ora coram te hodie, nocte et die, pro filiis Israel servis tuis, et confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccaverunt tibi : et ego et domus patris mei peccavimus, vanitate se-

ducti sumus, et non custodivimus mandatum tuum, et ceremonias, et iudicia, quae precepisti Mosi servo tuo. Memento verbi, quod mandasti Mosi famulo tuo, dicens : Cum transgressueritis, ego dispergam vos in populos : et si revertamini ad me, et custodiatis mandata mea, et facias ea, etiam si abducti fueritis ad extremam colli, inde congregabo vos, et inducam (Al. reducam) in locum quem elegi ut habaret nomen meum ibi. Et ipsi servi tui, et populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, et in manu tua valida. Obsecro, Domine, sit auris tua attendens ad orationem servii tui, et ad orationem servorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum : et dirige servum tuum hodie, et da ei misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram pincerna regis.

Cap. II. — Factum est autem in mense nisan, anno vicesimo Artaxerxis regis : et vinum erat ante eum, et levavi vinum, et dedi regi : et eram quasi languidus ante faciem ejus. Dixi que-

1. Regin. ms. de filiis Jerim, Masia, et Heclia. Mox Josabeth et Helesa, aliaque his certiora menda, quae consulto praeferimus.

2. Idem ms. hic, quemadmodum et supra notatum est, *Phet Moab* pro *Phaeth* legit : Vulgali, *Phakain*.

3. Nomina, *Jeddu* et *Joel* et *Banaia*, reginae ms. tacet.

4. Ita legunt mss. San-Germanensis num. 15 et canon Memmianus prima manu, in quo corrupte emendator posuit *Hechiae* pro *Echiae*, sive *Hechit*. In Hebreo scriptum legimus נְחֵלָה *Hakalia*, id est, *zeph ante z lamēd*. MART.

— Ita verius ad Hebreum חַלְבָּה reginae quoque ms. prefert. Alii *Hehelia* : *vetustissimum* et *Grecis* *Alexandrinum* exemplar : *Axæla*.

mili rex : Quare vultus tuus tristus est, cum te ægrotum non videam ? Non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui valde, ac nimis, et dixi regi : Rex in eternum vive : quare non moreat vultus meus, quia civitas domus sepolcerorum patris mei deserterest, et porte eius combustae sunt igni ? Et ait mili rex : Pro qua re postulas ? Et oravi Deum coeli, et dixi ad regem : Si videtur regi bonum, et si placet servus tuus ante faciem tuam, ut mittas me in Judæam, ad civitatem sepolcri patris moi, et edificabe eam. Dixique mihi rex, et regina, que sedebat juxta eum : Usque ad quod tempus erit iter tuum, et quando reverto ? Et placuit ante vultum regis, et misit me : et constitui ei tempus. Et dixi regi : Si regi videtur bonum, epistolam det mihi ad duces regionis trans flumen, ut transducant me, donec veniam in Iudeam : et epistolam ad Asaph custodem saltus regis, ut det mihi ligna, ut tegore possim portas tuus dominus, et muros civitatis, et domum quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex juxta manum Dei mei bonam mecum. Et veni ad duces regionis trans flumen, dedique eis epistolam regis. Misrat autem rex mecum principes militum, et equites. Et audierunt, Sanaballat Honorites, et Tobias servus Ammanites : et contristati sunt afflictione magna, quod venisset homo qui quereret prosperitatem filiorum Israel. Et veni Jerusalem, et eram ibi tribus diebus, et surrexi nocte ego, et viri pauci mecum, et non indicavi cuiquam quid Deus dedisset in corde meo, ut facerum in Jerusalem, et jumentum non erat mecum, nisi animal, cui sedebam. Et egressus sum per portam vallis nocte, et ante fontem draconis, et ad portam stercoris, et considerabam murum Jerusalem dissipatum, et portas eius consumptas igni. Et transvi ad portas fontis, et ad aqueductum regis, et non erat locus jumenti, cui sedebam, ut transiret. Et ascendi per torrentem nocte, et considerabam murum, et reversus vovi ad portam vallis, et rodii. Magistratus autem nesciebant quo abiisse, aut quid ego facorem : sed et Judeis, et sacerdotibus, et optimatibus, et magistratibus, et reliquis qui faciebant opus,

1. In regin. ms. *Mesexabal*.

2. Ita mss. cum a ab initio, quasi in Hebreo olim esset נ he ante נ kheth, בֶּן הַחֹר, ben Akhur editum legit. MART.

— In reg. ms. *slius Bahur* dicitur : Vulgati *Hur*

legunt. Mox pro *Jedaia filius Aromaph*, prefert idem ms. *Ieada filius Aromath*; deinde *Asebonia*, cum Vulgatis, pro *Asebonia*, et continuo *Phet Moab* pro *Phaeth*, etc. quod et infra constanter retinet.

Et juxta eum adificavit Jedaia filius Aromaph contra domum suam. Et juxta eum adificavit Attus filius Asbenie. Medium partem vice adificavit Melchias filius Erem, et Asub filius Phaeth Moab, et turrim furnorum. Et juxta eum adificavit Sellum filius Alloes princeps mediae partis vii Jerusalem, et ipsa et filiae ejus. Et portam valis adificavit Anun et habitatores Zanoe: ipsi adificaverunt eam, et statuerunt valvas ejus, et seras, et vesces, et mille cubitos in muro usque ad portam sterquilinii. Et portam sterquilinii adificavit Melchias filius Rechab, princeps vii Betacclarem: ipse adificavit eam, et statuit valvas ejus, et seras, et vesces. Et portam fontis adificavit Seltun filius Choloza<sup>1</sup>, princeps pagi Masphe ipso adificavit eam; et texti, et statuit valvas ejus, et seras, et vesces, et muros piscinae Silio in hortum regis, et usque ad gradus qui descendunt de civitate David. Post eum adificavit Neemias filius Azboc, princeps dimidiae partis vii Bethsur, usque contra sepulcrum [Al. sepulcrorum] David, et usque ad piscinam quam grandi opere constructa est, et usque ad dominum fortium. Post eum adificaverunt levite, Reum filius Benni. Post eum adificavit Asebias princeps dimidiae partis vii Ceila in situ suo. Post eum adificaverunt fratres eorum, Bavai<sup>2</sup> filius Enad, princeps dimidiae partis Ceila. Et adificavit iuxta eum Azer filius Josue, princeps Masphe, mensuram secundam, contra ascensum firmissimi anguli. Post eum in monte adificavit<sup>3</sup> Baruch filius Zachai mensuram secundam, ab angulo usque ad portam domus Eliasib sacerdotis magni. Post eum adificavit Merimuth filius Uriel filii Accus, mensuram secundam, a porta domus Eliasib, donec extenderet domus Eliasib. Et post eum adificaverunt sacerdotes, viri de campestribus Jordanis. Post eum adificavit Benjamin et Asub contra domum suam; et post eum adificavit Azarias filius Maasia filii Ananio contra domum suam. Post eum adificavit Bennui filius Enadat

1. Sic ms. omnes constanter retinent Colhozai, cum Hebreus hodiernus legit absque iod in fine Colhozai. MART.

2. Pro Bavai in regine mss. est Behui: Hebraico

3. Praefert vero Hebreus textus, בְּרֵית הַמִּזְבֵּחַ, quod est accedit see, animos sumpsit, sive indignatus est, LXX verbo, non sensu, abundunt, ἐπέτρεψεν, tenuit, quod et aliis placet. Apparet autem Hieronymum,

mensuram secundam, a domo Azarie usque ad flexuram, et usque ad angulum. Phaeth filius Ozi contra flexuram et turrim, que eminet de domo regis excelsa, id est, in atrio carcere: post eum Phaetha filius Pharos. Nathinei autem habitabant in Ophel usque contra portam aquarum ad orientem, et turrim, que proeminebat. Post eum adificaverunt Thecunei mensuram secundam e regione, a turre magna et eminente usque ad murum templi. Sursum autem a porta equorum adificaverunt sacerdotes, unusquisque contra domum suam. Post eos adificavit Sadoch filius Emmer contra domum suam. Et post eum adificavit Semaea filius Sechenie, custos portae orientalis. Post eum adificavit Anania filius Selemie, et Anum filius Seloph<sup>4</sup> sextus mensuram secundam: post eum adificavit Mosollam filius Barachia, contra gazophylacium suum. Post eum adificavit Molchias filius artificis usque ad dominum Nathineorun, et scruta vendimentum contra portam judiciale, et usque ad concaculum anguli. Et inter concaculum anguli in porta gregis<sup>5</sup> adificaverunt aurifices et negotiatores.

*Cap. IV.* — Factum est autem, cum audisset Samaballat quod adificaremus murum, iratus est valde; et motus nimis subsannavit Iudeos, et dixit coram fratribus suis et frequentia Samaritanorum: Quid Iudei faciunt imbeciles? Num dimittent eos gentes? Num sacrificabunt, et complebunt in una die? Nequid adificare poterunt lapides de acervis pulveris, qui combusi sunt? Sed et Tobias Ammanites proximus ejus, ait: Edificant: si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum. Audi, Deus noster, quia facti sumus despiciens [Al. despiciunt]: converte opprobrium super caput eorum, et da eos in despicitionem in terra captivitatis. Ne operias iniquitatem eorum, et peccatum eorum coram facie tua non delectatur, quia irriserunt

qui veritatem in monte, et litteram pro te accepisse, ac legisse בְּרֵית הַמִּזְבֵּחַ pro בְּרֵית הַמִּזְבֵּחַ.

4. Ms. regina: Annon filius Solo. Mox Mosollam pro Mosollam. Denique paulo post aurifices, quod et Vulgati Latini preferunt, pro artificis, idque rectius de Hebreorum verbum אֲמָתִים, sapientia enim confitentem auri, sive aurifabrum, nomen בְּרֵית הַמִּזְבֵּחַ sonat.

5. Idem ms. angulis ad portam gregis.

adificantes. Itaque adificamus murum, et conjunximus totum usque ad partem dimidiem: et provocatum est cor populi ad operandum.

Factum est autem, cum audisset Samaballat, et Tobias, et Arabes, et Ammanite, et Azotii, quod obducta esset cicatrix muri Jerusalem, et quod copissent interrupti concludi, irati sunt nimis. Et congregati sunt omnes pariter, ut venirent, et pugnarent contra Jerusalem, et molierent insidias. Et oravimus Deum nostrum, et posuimus custodes super murum die ad nocte contra eos. Dixit autem Judas: Debilitas est fortitudo portantis, et humus nimis est, et nos non poterimus adificare murum. Et dixerunt hostes nostri: Ne sciunt, et ignorent, donec veniamus in medium eorum, et interficiamus eos, et cosare faciamus eos.

Factum est autem, venientibus Iudeis, qui habitabant iuxta eos, et decentibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos, statui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis, et lanceis, et arcibus. Et perspexi atque surrexi: et aito ad optimates et magistratus, et ad reliquam partem vulgi: Nolite timere a facie eorum. Domini magni et terribilis memento, et pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, et filiis vestris, et uxoris vestris, et dominibus vestris.

Factum est autem, cum audissent inimici nostri nuntiantur esse nobis, dissipavit Deus consilium eorum. Et reversi sumus omnes ad muros, unusquisque ad opus suum. Et factum est a die illa, media pars juvenum eorum faciebat epus, et media parata erat ad bellum, et lanceis, et scuta, et arcus<sup>6</sup>, et loricae, et principes post eos in omni domo Juda, edificantum in muro, et polantium onera, et imponentium; una manu sua faciebat opus, et altera tenebat gladium: adificantum enim unusquisque gladium erat accinctus renes. Et edificant, et clangebant buccina iuxta me. Et dixi ad optimates, et ad magistratus, et ad reliquam partem vulgi: Opus grande est et latum, et nos separati sumus in muro procul alter ab altero: in loco

1. Voces et arcus, que tamen et in Hebr. sunt, regina ms. facit.

2. Vitiose ante scriptum erat et dixit.

3. Variam in hoc versiculo retinemus lectionem mss. codices; plures ita legunt: Et vos igitur vendite fratres nostros, et ememus eos.

quocunque audieritis clangorem tubae, illuc concurrite ad nos: Deus noster pugnabit pro nobis. Et nos ipsi faciamus opus: et media pars nostrum tenet lanceas, ab ascensi aurora donec egrediantur astra. In tempore quoque illo dixi populo: Unusquisque cum pueri suo maneat in mediis Jerusalem, et sint nobis vices per noctem, et diem ad operandum. Ego autem et fratres mei, et pueri mei, et custodes qui orant posse, non deponebam vestimenta nostra: unusquisque tantum nudabatur ad baptismum.

*Cap. V.* — Et factus est clamor populi et uxorum eius Magnus, adversus fratres suos Iudeos. Et erant qui dicerent: Filii nostri et filiae nostra multa sunt nimis: accipiamus pro prelio eorum frumentum, et comedamus, et vivamus. Et erant qui dicerent: Agros nostros, et vineas, et domos nostras opponamus, et accipiamus frumentum in fame. Et alii dicebant: Mutuo sumamus pecunias in tributi regis, demusque agros nostros et vineas: et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostre sunt: sicut filii eorum, ita et filii nostri. Ecce nos subjugamus filios nostros et filias nostras in servitatem, et da filiabus nostris sunt famule, nec habemus unde possint redimi, et agros nostros, et vineas nostras ali possident. Et iratus sum nimis cum audirem clamorem eorum secundum verba haec: cogitavimus cor meum mecum: et increpauimus optimates et magistratus, et dixi eis: Usurpate singuli a fratribus vestris exigitis? Et congregate adversum eos concionem magnam, et dixi eis:

Nos, ut scitis, redemimus fratres nostros Iudeos, qui venditi fuerant gentibus, secundum possibilitatem nostram: et vos igitur venditis fratres vestros, et redimemus eos<sup>7</sup>. Et siluerunt nec invenerunt quid responderent: dixique ad eos: Non est bona res quam facitis, quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis a gentibus inimici nostri. Et ego, et fratres mei, et pueri mei, commodavimus plurimis

dite fratres nostros, et ememus eos. Canon Memmianus in textu habet: Et vos igitur venditis fratres nostros, redimemus eos. In marginis, alibi, vendite fratres vestros, et ememus eos. MART.

— Regime ms. cum aliis penes Marian. vendite fratres nostros, et ememus eos.

pecuniam et frumentum: non repetamus in commune istud, es alienum concedamus, quod debetur nobis. Reddite eis hodie agros suos, et vineas suas, et oliveta sua, et domos suas: quin potius et centesimam pecunie, frumenti, vini, et olei, quam exigere soletis ab eis nihil queremus: sicut faciemus ut loqueris. Et vocavi sacerdotes, et adjuravi eos ut facerent juxta quod dixeram. Insuper excussi sinum meum, et dixi: Sic exultat Deus omnem virum qui non impleverit verbum istud, de domo suo, et de laboribus suis: sic exultatur, et vacuus fiat. Et dixit universa multitudo: Amen. Et laudaverunt Deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum.

A die autem illa, qua praeceperat rex mihi ut essom dux in terra Iuda, ab anno vicesimo usque ad annum tricessimum secundum Artaxeris regis, per annos duodecim, ego et fratres mei annonas, quae ducibus debebantur, non comedimus. Duces autem primi, qui fuerant ante me, gravaverunt populum, et accepterunt ab eis, in pane, et vino, et pecunia, quotidie sicos quadraginta: sed et ministri eorum depressoerunt populum. Ego autem non feci ita propter timorem Dei: qui potius in opere muri edificavi, et agrum non emi, et omnes pueri mei congregati ad opus erant. Judæi quoque et magistratus, centum quinquaginta viri, et qui veniebant ad nos de gentibus que in circuitu nostro sunt [Al. erant], in mensa mea erant. Parabatur autem mihi per dies singulos bos unus, arietes sex electi, exceptis volatilibus, et inter dies decem vina diversa, et alia multa tribuebant: insuper et anonas ducatus mei non quesivi: valde enim attenuatus erat populus. Memento mei, Deus meus, in bonum, secundum omnia que feci populo huic.

**Cap. VI.** — Factum est autem, cum audisset Sanaballat, et Tobias<sup>1</sup>, et Gosem Arabs, et castori inimici nostri, quod edificassem ego murum, et non esset in ipso residua interruptio (usque ad tempus autem illud valvas non posueram in

1. Interserit hic idem ms. nomen *Maralis*, quod quidem haud scio unde excuderit.

2. Regime ms. aliquo apud Martian. in *vulnus*: sili codices et Vulgati plorique omnes ante Sixti V editionem æque male in *vinculis* præferabant. Taceo quod *uno*, pro *Ono*, in nonnullis legitur.

portis) miserunt Sanaballat et Gosem ad me, dicentes: Veni, et percutiamus fedus pariter in viculis<sup>2</sup> in campo Ono. Ipsi autem cogitabant ut facerent mihi malum. Misericordia ergo ad eos nuntios dicens: Opus grande ego facio, et non possum descendere ad vos. Misericordia autem ad me descendere, ne forte negligatur cum venero et secundum verbum hoc per quatuor vices; et respondi eis iuxta sermonem priorem. Et misit ad me Sanaballat juxta verbum prius quinta vice puerum suum, et epistolam habebat in manu scriptam hoc modo:

In gentibus auditum est, et Gosem dixit, quod tu et Judei cogitabis rebellare, et propriae aedificies murum et levare te velis super eos regem, propter quam causam et prophetas posueris, qui predicti de te Jerusalem, dicentes: Rex in Judea est. Auditurus est rex verba haec, idecirco nunc veni, ut incanus consilium patenter. Et misi ad eos, dicens. Non est factum secundum verba haec, que tu loqueris; et corde enim tuo tu componis haec. Omnes autem [Al. enim] hi terribant nos, cogitantes quod cesserarent manus nostre ab opere, et quiesceremus. Quam ob causam magis confortavimus manus meas et ingressus sum dominum Semaiæ filii Dalathæ filii Metabeel secreto. Qui ait: Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, et claudamus portas eis: quia venturi sunt ut interficiant te, et nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixi: Num quisquam similis mei fugit? Et quis ut ego ingredierit templum, et vivet? Non ingrediatur. Et intellexi quod Deus non misisset eum, sed quasi vaticinans locutus esset ad me, et Tobias, et Sanaballat conduxissent eum; accepterant enim pretium ut territus facerem et peccarem, et haberent malum, quod exprobrauerent mihi. Memento mei, Domine, pro Tobias, et Sanaballat, iuxta opera eorum talia: sed et Noadie<sup>3</sup> prophete, et castorum prophetarum, qui terribant me. Complectus est autem murus vicesimo quinto die mensis eius, quinquaginta duos diebus.

Factum est ergo cum audisset omnes inimici

3. Vito in eodem ms. fuit, pro fugit.

4. Idem ms. vito iterum, et non Adia. Præstat vero admonere, in Heb. נִמְלָא esse sequori generi, sive prophetissam Noadiam dici, non prophetam.

nostri, ut timerent universe gentes que erant in circuitu nostro, et conciderent intra semetipsos, et scirent quod a Deo factum esset opus hoc. Sed et in diebus illis, multæ optimatum Iudeorum epistola mittebantur ad Tobiam, et a Tobia veniebant ad eos. Multi enim erant in Iudea habentes juramentum ejus, quia gener erat Sechenie filii Jorei<sup>4</sup>, et Johanan filius ejus accepserat filiam Mosollam filii Barachiae: sed et laudabant eum coram me, et verba mea nuntiabant ei: et Tobias mittebat epistolam, ut teneret me.

**Cap. VII.** — Postquam autem edificatus est murus, et posui valvas, et recensui janitores, et cantores, et levitas: precepit Anani fratre meo, et Ananias principi domus de Jerusalem (ipsi enim quasi vir verax et timens Deum plus certus videbatur), et dixi eis: Non aperiuntur porte Jerusalem usque ad calorem solis. Cumque adhuc assisterent, clausæ porte sunt, et oppila: et posui custodes de habitatoribus Jerusalem, singulorū per vices suas, et unumquemque contra domum suam. Civitas autem erat lata nimis et grandis, et populus parvus in medio ejus, et non erant domus aedificatae. Dedit Deus autem in corde meo, et congregavi optimates, et magistratus, et vulgus, ut recenserem eos, et inveni librum census eorum, qui ascenderant primum, et inventum est scriptum in eo:

Isti filii provincie, qui ascenderunt de captivitate migrationis, quo transstulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, et reversi sunt in Jerusalem, et in Judeam uniusquisque in civitatem suam. Qui venerunt cum Zorobabel, Josue, Neemias, Azarias, Raamias, Naaman [Al. Naaman], Mardochæus, Belsan, Mespharat, Begovi, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Israel.

Fili Pharos, duo millia centum septuaginta duo. Fili Saphatæ, trecenti septuaginta duo.

1. Ita canon Memmianus ac ceteri omnes mss. codices. Editi legunt *fili Area* juxta Hebreum, ubi nullum appareat *iod* initio hujus nominis. MART.

2. Reg. ms. septuaginta septem: mox quoque Baggyon pro Baggyon: Vulg. Begua, MART.

3. Cum Vulgatis et Graco, regine ms. *fili* hic præfert pro *viri*: Hebreus autem זְמָרִים.

4. Uno angel numerorum regine ms. qui et Goba pro soba, et mox Agi pro Ai legit. De Nebo, quæ altera nominatur, notatum docuit viri, priorem Nebo

Fili Area, sexcenti quinquaginta duo. Fili Phæthi Moab, filiorum Josue et Joab, duo millia octingenti decem et octo. Fili Elam, mille ducenti quinquaginta quatuor [Al. octoginta]. Fili Zethua, octingenti quadraginta quinque. Fili Zachai, septingenti sexaginta. Fili Banni, sexcenti quadraginta octo. Fili Bebai, sexcenti viginti octo. Fili Azgad, duo millia trecenti viginti duo. Fili Adonican, sexcenti sexaginta septem. Fili Baggosi, duo millia sexaginta septem<sup>5</sup>. Fili Adin, sexcenti quinquaginta quinque. Fili Ater, filii Ezechie, nonaginta octo. Fili Asom, trecenti viginti octo. Fili Besai, trecenti viginti quatuor. Fili Areph, centum duodecim. Fili Gabaon, nonaginta quinque. Viri Beth-Leem, et Netupha, centum octoginta octo. Viri Anathoth, centum viginti octo. Viri Beth-Azmuth quadranginta duo. Viri Cariath-larim, Cephra, et Beroth, septingenti quadraginta tres. Viri Rama et Geba<sup>6</sup>, sexcenti viginti unus. Viri Machmas, centum viginti duo. Viri Beth-El, et Ai, centum viginti tres. Viri Nebo alterius, quinquaginta duo. Viri Elam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor. Fili Arem, trecenti viginti. Fili Jeriho, trecenti quadraginta quinque. Fili Lod Hadid et Ono, septingenti viginti unus. Fili Senaa, tria millia nongenti triginta.

Sacerdotes: Fili Idai in domo Josua, nongenti septuaginta tres. Fili Emmer, mille quinquaginta duo. Fili Phashur, mille ducenti quadraginta septem. Fili Arem, mille decem et septem. Levite: Fili Josue et Cadmiel [Al. Cedmiel], filiorum Odyæ, septuaginta quatuor. Cantores: Fili Asaph, centum quadraginta octo. Janitores: Fili Sellum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Atira, filii Sobai, centum triginta octo. Nathimei: filii Soa, filii Aspha, [Al. Hasupha], filii Tebbaoth, filii Ceros, filii Sia, filii Phadon, filii Lebana, filii Agaba, filii Sel-

in vetustis editionibus Latinis olim exsistisse. Vide supra Esdras cap. xi, 32.

5. Regin. ms. haud tamen recte, prætermissa voce *fili*, *Siasafado* serie continua præfert. Pro Selmon, quod sequitur, atque ita in nostris quoque legitur mss. propius ad Hebreum textum Vulgati habent Selmai. Paulo post pro Gezem idem habet ms. Gesfa, et Unin pro Munim, et Neptusim pro Nephussim, denique inferius *Gachabada*, pro *Jahala*, etc.